



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Athenogenes M. & P.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

## 267 S. ATHENOGENES M. &amp; P.

monumentum similiter venerata, Hierapolim regressa est, multa que euentura, Chosroe vaticinata (cum etiam Romanis de eius ad ipsos perugio ac transitione, antequam fieret, prædixisset) & vita exemplo Angelico, atque ut decet sancto, tum animo tum corpore traducta, ab his rebus mortalibus discessit, tolerantiaque corona cum triumpho sempiterno redimita est.

Eadem paucioribus habet Euagrius lib. 6. c. 20. qui Galanducham nominat. Ego Simocatta narrationi potissimum subscribo.

16 Iulij:

S. ATHENOGENES  
M. & P.

**E**Rat hic Sebastenus origine, Diocletiani imperio, captus à Philomarcho cum decem discipulis, multa que tormenta perpeffus, tandem gladio vitam amisit. Fertur priusquam comprehenderetur, reuisenti ad monasterium suum, in quo tamen neminem offendit, quod omnes iam capti essent, cerua quam in cœnobio aluerat, occurrisse, cui bene precatus uti ne vumquam in venatione, vel illa vel hinnuli illius caperentur, sed ut quotannis ad rei numquam intermorituræ memoriam, & ab ipsa, & post ipsam ex eius propagatione hinnulus adduceretur. quod & factum. Semper enim post S. Euagelij in templo lectionem,  
cerua



serua ingredi visa, quæ hinnulum sancto obtulit, rursusque recessit, hinnulum autem cætus ille sacerdotum, qui rebus diuinis operabantur ad S. memoriam summa cum animi hilaritate absumerunt, quod Christianis iuxta ac aliis summam attulit admirationem.

ANNOTATIO.

**M**eraphrastes xvii. eius gesta refert, nec omnino cum his conuenit. Coniule Baronij Martyrologium.

S. MARINA M.

17. Iulij.  
Menol. 63  
Menas.

**E**X Pisidiæ vico ad Antiochiam, oriunda Aedesij Flaminis nata vnica fuit, quam pater defuncta matre, nutrici cuidam educandam commisit. Duodecennis Christianam fidem suscepit, quam à quibusdam vicinis ibidem edocta fuit. Sexto decimo anno martyrij desiderio percussa, certamen aggredi & perficere cupiebat. Quam Olymprius præses ad se delatam comprehendit, atque in vincula coniecit, & post dies aliquot ad tribunal adductam intuitus, ob præstantem eius formam admiratione defixus rogat nomen, & conditionem, quæ: Marina, inquit, audio, Pisidiæ nata & alum-